MAGNUM LEGENDARIUM AUSTRIACUM (PARS IV: 1.7. 1.9.)

Melk, um 1470

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36451
Copyright: Melk, Benediktinerstift

ut predictum est anima beati alexii recep-
ta est in pace. presente solum et intuen-
te illo sibi deputato famulo. eadem
siquidem hora ipsoque momento omnes per
totam romanam et lateranensem ec-
clesiam percrebuit undique sonuerunt
campane. deo sine ministerio homi-
num providente honorem exequiarum fi-
deli suo. Nam quem solus ipse inter
homines. solus inquam multo iam
ex tempore noverat. ei quoque preter
humanum officium a solo deo primor-
dia laudis et honorum inchoari de-
Mirante universo [c]rebat.
concilio. et indubitati mi-
raculi novitatem accipientibus.
vox de sacrario venit inquit romani.
videte ne debitam illi subtrahatis
reverenciam. qui revera meruit. nam
in medio vestrum est quem vos nescitis.
Cadentibus omnibus in facies. et oran-
tibus cum fletu et tremore. ut certius
aliquid ipsis dominus revelare dignare-
tur. in domo inquit eufemiani
querite hominem dei. Et conversis omnibus
ad eufemianum. ille sub iure iuran-
do. nullum se talem in domo sua
nosse respondit. Ut autem ait plene
sciam quid vobis respondeam. ibo ipse
prius et videbo. Abiit ergo ad palaci-
um suum venerabilis heros. defunctus
ei nunciatur ille pauper a servo. mor-
tem eius subsecutum miraculum illud
quod prediximus absque mora. immo in
puncto servi testimonio abiit eu-
femianus. Videt in manu defuncti
cartulam. admiratur faciem angeli-
cam. et quasi divinum aliquid vi-
deret. accedere propius non audebat.
Quid multa? Certus de illo fac-
tam vocem revertitur de invento
homine dei gratulantur universi.
Papa cum imperatoribus et omni fre-
quencia veniunt ad palacium eufe-
miani. matrem familias cum sponsa
ad funus stupefactas inveniunt.
Accessit equidem eufemianus
tollere de manu eius de-
functi cartulam et non potu-
it. imperatorum uterque accessit et non valuit.
ipse papa post omnes quasi dignior
aplatu. ipsi quoque negatum est. et
sponsa intra se ipsam deliberans.
forte inquit de dulcissimo sponso
meo aliquid mihi post mortem suam
innotescendum servavit. quod mihi soli
debetur. accedam et videbo si digna sim
accipere. Cumque accederet. aperta ma-
nu cartam ei porrigebat cadaver
exanime. Quam iudicio omni-
um publice legendam sanxerunt.
Acceptamque unus de sacerdotibus legit
coram omni multitudine. Quis
hic non solum dicere. sed vel cogi-
tare possit habitudinem patris et
matris. sed precipue deo digne vir-
ginis sponse sue. Flebat omnis
multitudo. non solum commiseratione
defuncti. sed et fletu atque eiulatu
permota parentum atque amicorum.
Flebat mater quasi exanimanda pre
fletu. pater elinguis pre gemitu et
planctu. canos evellebat capitis
et barbe. sponsa pectus et genas in-
digne lacerabat. reliqui omnes
simul una voce plangentes bene-
dicebant deo super inenarrabili do-
no eius. Pater itaque post longam
intra volutacionem ita dicebat cum
lacrimis. Heu me fili. heu me u-